

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fuga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

fuerit & cervicosus, ad obsequium tamen & meliora reduci potest. Et, ut ad Canis morigerum admodum ingenium revertamur, libet ex Plutarcho memorabile obsequii facillimaeque docilitatis exemplum in animali hujusmodi recitare, id est in theatro Marcelli, spectatore Vespasiano, editum. Mimus eo quidam Canem introduxit omnibus fere saltationibus eruditum, qui cum agitudinem postmodum simularet, panem Mimus porrigebat, eo detraecto pharmacum propinavit, mox is trementi similis cruciari, distorqueri, capitisq; gravedine laborare visus, demum quasi mortuus concidere, se exporrigeret, permettereque ut quoquo versum traheretur, huc & illuc abiiceretur, uti fabulae commentum exigebat. Opportune autem cum res posceret, se tanquam e profundio aliquo somno concitatum, profiliisse demum, & signa quadam veluti laetitia & exhilarationis edidisse, atque alia plenaq; magna omnium admiratione collusisse. Hec author ille testatur, qui nihil unquam ineptè moliri deprehensus est. Sed quod pertinet ad obsequium erga dominum, habet hoc Canis commune cum Suis, de quibus compertum, ait Plinius, furto abactos, agnita voce suarri, merlo navigio inclinatione lateris unius, ad dominum remeasse.

ADULATOR ET SCURRA. CAP. XX.

*Diogenis
scomnia in
Alexandrū.*

Alter in obsequium plus aequo pronus & alter

Quelibet in quamvis opprobria fingere se vult :

Diogenica haec est interpretatio, ipsius de se testimonio. Nam is interrogatus ab Alexandro, quae facta Canis nomen vulgo fortitus esset: *Quia, inquit, dantibus blandior, non dantibus oblati, malos etiam mordet.* Quin & conjectores, ut apud Hebreos legi, eum qui per nocturnam quietem imaginatus sit Canem videre, obrectatoribus objectum fore praesagiunt. Alexander idem dum sibi lusum querit, sportulam Diogeni osium plenam dono misit. Accepit eam Cynicus, & superaddidit: *Caninus hic quidem cibus, sed donum hauquaque regum,*

FAMES. CAP. XXI.

*C*aninam quandam famem memorat, quam Graci βελινας appellavere, nos *Efusitionem di-*
cere postulumus: utcumque Davides hanc eruditissime tetigit Psalm. 58. ubi canit: convertentur
ad vespernum, & fame confidentur ut Canes, civitatem hac illac pervagantes, cum futuram Judaeorum
mendicitatem praesagiret: nam & ipsum famis vocabulum frequenter pro mendicitate usurpatum
invenias.

DESPICATUS. CAP. XXII.

*I*n Sacris litteris plurimum invenias Canem pro re humili, abjecta & contemptibili positum, Quem sermonem ne quis Neapolitanorum tantum esse putet, de Mephibofeto Jonatæ filio legimus, cum insperatus à Davide beneficiis affectus esset, & continuo mensa Regiae fodalitio dignatus, dixisse eum, humilitatem professus suam: *Ecquis ego sum servus tuus, ut respiceret super Canem mortuum,*
2. Sam. 9,7. cui ego sum similis? Et David ipse, cum Regem suum Saulem se hostiliter infestantem in manibus suorum habuisset, chlamydis regiae oram praecidisse contentus, subsecutus eum clamavit: *Quem per-*
1. Sam. 24, 15. queris, Rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris.

*Q*uod si fugam notare voluerimus, Canem identidem, sed subiecta inter crura cauda, figurabimus. Hieroglyphici causam, nemo eorum quos in hoc argumento sequimur, explicavit. Fi-
Etiamnum Gallico. gmentum ego à re ipsa dubio procul sumptum credidérím, vulgato in hæc tempora proverbio, ut eum qui animum despondeat, vel ab incepto propter ignaviam perculsus meticulose desistat subjecere eum inter crura caudam, subiectamus. Quotiens enim Canes fugam arripiunt, præ metu abacti, caudam inter crura subiecti. Quod cum insigniter etiam Lupo observatum sit, Maro elegantissime rem ipsam descripsit, ut suo loco dictum est.

CLA-